



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

Qu[omod]o iure uanitatis arguunt[ur] o[mn]ia q[uę] fecit de[us] sex diebus  
in co[m]parat[ion]e diei septimi, in q[uo] req[ui]eut de[us]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

ET PROCESSIONE SAN. SP. LIB. VII LXXXVII

uanitatis arguit, & ueraci utiq*c* redarguti*o*e. Præterit enim (ait & Apostolus) figura huius mundi. ¶ Nec sernel dixisse contentus, uanitas uanitati*i*, iteg*a* ac tertio repeti*u*it, uanitas uanitati*u* & omnia uanitas, ut anuaduertas, quam serio loqua*u* uel agat, p*ro*m*is*la eti*u* autoritate regi nominis & ciuitatis Hierusal*em*. Ait e*m*: V*er*ba Ecclesiastes, filii David, regis Hier*u*lm. Tribus magnis nominibus pro utilitate audienti*u* parauit huic libro autoritatem, seipsum nominans Ecclesiasten, id est, concionatorem, filium David, & regem Hierusalem. ¶ Quid prim*u* est sub sole, in quo spem suam cupidus homo posuit? V*er*ba terra. Et in hoc mira dementia est, quia cum habitatio terrae huius homini, propulso a felicitate parady*s*, data fuerit ad peccatum, scilicet, ut in sudore ualtus sui operaretur eam, ipse sibi eam precipere contendit, quasi ad glori*u*. Non*o*ne hoc est uanu*u*, c*um* dicit ho*n*atus ex tempore, & cras moriturus Hoc tantum terrae est meu*u*, & mei sunt isti tractus? Bene ergo in primis cupiditatem sue possessionem terrae, uanitatis arguit. Dicendo, generatio præterit, & generatio aduenit, terra aut*u* in æternum stat. Ac si aperte dicat: Frustra homines cupidi, terr*a* sibi subiugare, agrum agro copulare contendunt usq*ue* ad terminu*m* loci, contentione nonnunqu*a* horribili usq*ue* ad effusionem multi sanguinis: quia tot generationibus prætereuntibus, & tot aduenientibus, terra hic remansit, nec illos secuta, qui iam præterierunt: nec illos secutura qui adueniunt sue aduenturi sunt. Generatio præterit, sicut nascendo in hunc mundum nihil attulit, ita moriendo nihil auferre potuit: & generatio quæ aduenit, sue nos ipsi qui nunc sumus (ut uerbis loquar Apostoli) sicut nihil intulit in hunc mundu*m*, haud dubiu*m* quin nec auferre quid possumus. ¶ Eandem intentione & in isto, quod ait: Generatio præterit, & generatio aduenit, & in cæteris quæ sequuntur, quæcunque uanitatis arguit, prudenter intellege: quia ipsa est, quæ id est Ap*osto*ls, p*rae*miss*o* (ut iam memorauim*u*) nihil em*u*intulimus in huc mundu*m*, haud dubiu*m* quin nec auferre quid possumus, protinus expressit, dicens: Habentes aut*u* alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus, Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mengunt homines in interitu & perditionem. Radix enim omni*m* malorum est cupiditas. Quam quidem appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Quid aliud dicit Ecclesiastes, totiens repetendo, uniuersa uanitas & afflictio spiritus? Hoc etiam dicens inter cætera, quid enim proderit homini de uniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est: cuncti dies eius doloribus pleni sunt, nec per noctem mente requiescit.

¶ Quomodo iure vanitatis arguuntur omnia quæ fecit deus sex diebus in comparsione diei septimi, in quo requireuit:

Caput X.

**M**Agnum est scriptura huius negocium, & magnum concionis huius emolumentum: si, concionatore isto loquente, p*re* oculis habens duo opposita hæc, hinc uanitatem, & inde ueritatem: & inter utrumq*ue* clare discernas, & legitima distinctione utrumque dissimilas. Est autem hæc dissimilitudo uanitatis, quam Paulus Apostolus sati*s* breue pene expressit, dicendo: præterit enim figura huius mundi. Vanum quippe constat esse omne quod præterit, & prætereundo possessor*e* sue cupidu*m* sui, fallit & eludit. Porro ueritatis distinctionem, quam aliam dare possumus dignam, nisi ut dicamus, ueritatem illud esse quod semper id ipsum est? Illud enim, quia non præterit neminem fallit, nec contingit in hac optima parte, quod evenit in parte uanitatis, his de quibus script*u* est, dormierunt somnum suum & nihil inuenierunt omnes uiri diuinitarum in manibus suis. ¶ Et quidem illud, quod semper est id ipsum: Eamus ad caput libri, ad initium scriptura*m* ueritatis, quia illic est magnum & euidentis ostium rationis, unde possumus ueritatem à uanitate certi disparare terminis. Sex quippe diebus omne opus suum cœlum & terram & oēm ornatum eorū p*re*fecit, & die septimo opus suu*m* cōpleuit. De quo uidelicet die septimo, me in alio opere dixisse memini, quia natura primus est, qui ordine leptimus habetur. Unde & de illo die, quo dixit deus, fiat lux et facta est lux, et diuinitus lucem ac tenebras: non sic scriptum est, factumq*ue* est mane et uespere dies primus: sed, factumq*ue* est uespere et mane dies unus. Sex quippe dies sunt omnium creaturar*m*, sex primæ species, per quas creator cognoscit deos. Propter quod et dicuntur dies, id est, oculos cordis nostri, ad cognoscendum creatos.

H 2 rem*u*

i. Cor. 3.  
Tria nomina  
hic Salomōis  
ad maiori*e* ad  
coritatem libri.

Vanitas in ter  
renorum con  
cupiscentia.  
Gene. 3.

i. Tim. 6.  
Nihil itulim*u*  
in hunc mun  
dum &c.

Ecc. 2.

Discernend*u*  
ex Ecclesiaste  
inter uanitatem  
& ueritatem.

i. Cor. 7.

Psalm. 77.  
Quomodo diffe  
runt sex dies  
creatōis a die  
sep*tem*br*u*

LXXXVIII. R VPER. ABBA. DE GLORIF. TRINI.

rem illuminantes: quare uidelicet creaturae angelica creatura prima, & humana natura se-  
xta est. Septimus dies (ut iam dixi) natura primus est, quia sapientia est, in qua deus omnia  
fecit: quia uerbum est, per quod omnia facta sunt, & in isto deus requiescit. Et deo quidem pri-  
mus est iste dies, quia in ipso uidet omne creaturam priusquam faceret: nobis autem septimus  
est, quia prius cognoscimus creaturam, & per ipsam cognoscimus, quia creator magnus est.

**Gene. 2**  
Differunt cō-  
plerē & requi-  
escere

**Heb. 4**

**Gene. 1**  
Vanitas hos-  
minū in rebus  
temporalibus.

Sol uane pro-  
deo habitus ē

**Ecc. 1**

Cur uanitas  
arguit cuncta  
**Ecc. 3**

**Psalm. 146**  
Nolite confis-  
cere in princi-  
pibus

¶

Notandum ergo, quia sicut dictum est, compleuitque deus die septimo opus suum, &  
non dictum est, omne opus suum quod fecerat, dictum est autem, & requieuit die septi-  
mo, ab uniuerso opere quod patraret. Nam ab omni quidem opere requieuit, ut nullam  
deinceps nouam speciem crearet, sed si rite perpendis sensum uerbi huius compleuit, non  
omne opus suum, sed solam rationalem creaturam die septimo compleuit: nec ipsam uni-  
uersam, sed solam electionem que per humilitatem illo die septimo dignam esse exhibuit.  
Quid nam est die septimo cōpleri, in quo deus requieuit, nisi introire in illam requiem do-  
mini, que plenitudo est beatitudinis: cuius & Apostolus magnifice meminit: Ingredietur  
enim ait, in requiem qui credimus, quemadmodum dixit, sicut iurauit in ira mea, si intro-  
ibunt in requiem meam, & cetera usq; qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse  
quieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus.

**¶ Quod non tam ipsa creatura quam creature usus immoderatus vel amor per-**  
versus, recte vanitatis arguitur: quomodo dicit scriptura, et vidi deus cum  
cita que fecerat, et erant valde bona.

Caput XI.

Gitur hic habemus certis disparata terminis duo opposita hec, uanitatem &  
ueritatem: uanitatem uidelicet, in senario creaturæ numero: ueritatem, in re  
quie dei, scilicet in die septimo. Ergo ne (inquis) creatura uana est, aut opera  
dei uana sunt, & ipse deus uanitatis autor est. Nonne cuncta dei opera potius  
bona sunt, sicut ibidem scriptura dicit, & uidit deus cuncta que fecerat, &  
erant valde bona? ¶ Ad haec inquam. Plane uanitas est creatura omnis, in cōparatione re-  
quietionis, qua deus in die septimo requiescit, & ex eo uanitatis arguitur creatura rationa-  
lis qnæcumq; quod requiri querit in temporalibus sive uisibilibus ipsis, & in illis aeternis  
atq; inuisibilibus bonis, requiei domini, fundamentum spei non sibi collocauit. Verunta-  
men hic non tam ipsa creatura, quam creature usus vel amor immoderatus uanitatis argui-  
tur. ¶ Exempli gratia, dum circa solis pulchritudinem ita se impedit humana mens, ut  
hunc esse deum putauerit, & huic creaturæ potius quam creatori seruire delegerit; nec so-  
lum huic, ueruimetiam cæteris creaturis, maximeq; quatuor elementis igni & aeri & terræ  
& aquæ nomina diuinitatis ascriperit. Propterea merito cuncta hæc scriptura uanitatis ar-  
guit, & in primis solem, dicens: Oritur sol & occidit, & ad locum suum revertitur, ibi re-  
nascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem. Nimirum in ortu eius, & occasu in  
gyro eius australi & reflectione aquilonari, quia magna est mutabilitas, magna est & uanis-  
tas: quia nec homini laboranti satis grata est productio lux, dum sol ad Aquilonem refle-  
xitur: nec his qui in aubus ludunt, semper placet longanimitas tenebrarum, dum gyrat  
per austrum. Similiterq; in cæteris varietatibus diei & noctis, æstatis & hyemis, ueris & au-  
tumnis. Sunt quidem multa humanæ infirmitatis remedia, sed multa nihilominus anxie-  
tatis tædia: quia nulla in his sufficientia, immo in omnibus magna indigentia est. Propterea  
nec in his nec in aliquo eorum, quæ sub sole sunt vel fiunt, est sperandum sive confidendum  
q; cuncta uana, cuncta transitoria sint. ¶ Hac intentione cuncta uanitatis arguit, tandemq;  
ipsum hominem, cuiuscunq; spes ultra uel extra hæc pedem suum non extendit. Ait enim:  
Iccirco interitus unus est hominis, & iumentorum, & æque utriusq; conditio. Sicut moritur ho-  
mo, sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumentis amplius. Cuncta  
subiacent uanitati, & omnia pergunt ad unum locum. De terra facta sunt, & inter-  
ram pariter revertentur. Non ergo sperandum in homine, quamvis diuino, quamvis  
potente. ¶ An non & ante istum, pater David idem senserat? Nolite (ait) confidere in prin-  
cipibus, in filiis hominum in quibus non est salus. Exhibit spiritus eius & revertetur in terra  
suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eos. Nonne proinde constat, quod ipse ho-  
mo fit